

de Romam mittunt, orāt pacem, quam ilico consequuntur. Captiui Roma  
 norū qui tenebant à Carthaginensibus redditi sunt. Etiā Carthaginenses *Pax carthagi  
 nen. data*  
 petiuere, ut redimi eorū captiuos liceret, quos ex Afris Romani tenebāt. Se  
 natus iussit sine precio eos dari, qui in publica custodia essent: qui autē in pri  
 uatis tenerentur, ut precio dominis reddito Carthaginē redirēt, atq; id pre  
 ciū ex fisco magis q̄p à Carthaginensibus soluerēt. Carthaginēses sane sub  
 hac cōditiōe cū Romanis pacē fecerūt, ut Sicilia Sardiniaq; decederēt, & p  
 cōtinuos uiginti annos eis persoluerēt puri argenti tria milia talentorū. His  
 dieb. Iudæorū Pōtifex Onias Simonis iusti filius clarus habebat. An  
 no ab urbe cond. D. VII. repentina subuersio ipsius Romæ præuenit Triū  
 phū Romanorū. Neq; em̄ temere dixerim, quādo nō uel modicā læticiam  
 Romæ supueniēs repente q̄p grauissimus luctus oppressit. Siquidē Q. Lu  
 tatio Catulo, A. Mālio coss. diuersę igniū aquarūq; clades pene absumpse  
 re urbē. Nam Tyberis insolitis auctus imbribus, & ultra opinionē, & diu  
 nitate & magnitudine redundās, omnia Romę ædificia in plano posita de  
 leuit. Diuersę qualitates locorū ad unā euenere perniciē: Quoniā & quæ se  
 gnior redundatio tenuit, malefacta dissoluit: & quæ cursus torrētis inuenit,  
 impulsā deiecit. Aquarū grauissimā cladē, grauior ignis secuta uastatio est.  
 Qui ignis (incertū unde surrexerit) plurimas ciuitatis partes peruagatus, cū *Incendii Ro.*  
 hominū lorumq; miserabilē stragē fecit: tum etiā tantū opus uno con  
 sumpsit incēdio, quantū plurimæ & peregrinæ uictorię cōferre nō possunt.  
 Dehinc, cū omnia in circumitu fori depopularet, ædē Vestæ corripuit. Vn  
 de etiā Metellus cū arsfuros deos eripit, uix brachio semiustulatus aufugit.  
 T. Sempronio Graccho, C. Valerio Falcone coss. bellū Faliscis intulerunt.  
 Quæ ciuitas Italiæ opulenta quondā fuit, quā ambo coss. intra sex dies q̄p  
 uenerant, transferunt, x v milibus hostiū cæsis, pace concessa, agro tantū ex  
 medietate sublato. Eodem anno etiā Galli Alpini noui Romanis ex  
 titere hostes, aduersus quos sorte uaria bellarū est. Nam in primo cōflictu  
 Valerio cos. tria milia cecidere Romanorū: secūdo XIII milia Gallorū cæ  
 sa, duo milia capta sunt. Sed ob priorē cladē triūphus cōsuli denegatus est. *Prelia duo cū  
 Alpini Gallis*

## DE GESTIS ROMANORVM LIB. III



INITO igitur punico bello quod uiginti tres annos  
 tractum est, iam Romani clarissima gloria noti L. Cor  
 nelio Lentulo, Fulvio Flacco coss. legatos ad Ptolemū *Cornelius  
 Lentulus*  
 regem Ægypti miserunt, auxilia promittentes, quia rex  
 Syriæ Antiochus ei bellū intulerat. Ille Romanis gra  
 tias egit, auxilia nō accepit: iam enim fuerat illa pugna  
 transacta. Eodem tempore potentissimus Rex Siciliae *Fuluius Flac.  
 Legatio ad  
 Ptolemæum*  
 Hiero Romam uenit ad ludos, & ducenta milia modiorum tritici populo  
 dono dedit. T. Mālio Torquato, C. Attilio Balbo coss. Sardinia rebellauit *Hiero Ro.  
 uenit*